M0004101: Page from Chyrurgia Albucasim, Albucasis (Surgical Treatise, Al Zahrawi)

Publication/Creation

14 December 1934

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/p6pbvtp2

License and attribution

Conditions of use: it is possible this item is protected by copyright and/or related rights. You are free to use this item in any way that is permitted by the copyright and related rights legislation that applies to your use. For other uses you need to obtain permission from the rights-holder(s).

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

assimilatur forfici cum sunt dentes in extremitate sicut vides. Et quandoque fit oblongum sicut forcipes sicut forceps secundum hanc formam sicut vides cum sunt dentes sicut dentes serre quo inciditur et conteritur forma misdach [illegible].



Forma uncini habentis spinam unam.



Forma uncini habentis duas spinas.

Forma forficis cum sunt dentes serre cum quo inciditur caput fetus.



Forma spatumilis habentis duas extremitates cum quo abscidit caput.



Forma duorum spatumilium latiorum.



Ista instrumenta omnia extrahuntur. Et quanto plus multiplicantur species eorum et preparata sunt apud artificem, est velocior ad operationem suam et altior apud homines propter quantitatem suam. Nam igitur despicias ex eis instrumentum quin sit apud te preparatum. In necessitate enim est ei necessitas eorum. Capitulum septuagesimum octavum de extractione secundine.

Quando retinetur secundina apud partum [illegible] tunc oportet ut precipias infirme ut retineat anhelitum suum deinde fac eam sternutare cum condisi. Et stringe manum tuam super os et nares ipsius. Si igitur egreditur propter hoc bonum est. Et si non tunc accipe ollam perforatam in cooperto-rio foramen et pone in ea herbas aperientes os matricis sicut calamentum et rutam et anetum et camomillam et absinthium et cassiam ligneam et centauream. Omnes istas herbas aut quasdam earum et submerge eas cum aqua et pone eam super ignem deinde pone cannulam arundinis super foramen cooperturi olle et extremitatem alteram in os matricis et teneat eam donec perveniat vapor ad concavitatem matricis deinde fac eam sternutare sicut diximus. Secundina enim egredietur cum celeritate. Si autem remanserit post hoc curationem et non egreditur tunc precipe obstetrici ut submergat manum suam sinistram inolitam oleo sisamino aut mucilagine altee deinde intromittat eam in vulvam et querat eam secundinam. Cum igitur invenerit eam teneat eam et extrahat ipsam paulatim. Si autem fuerit annexa in profundo matricis tunc intromittat manum secundum quod narravimus donec quando invenerit secundinam extrahat eam paulatim secundum rectitudinem ut non cadat matrix cum eo [illegible] tunc immo oportet ut perfundat cum facilitate ad latera dextra et sinistra deinde administratur in quantitate [illegible]. Ipsa enim [illegible]. Quod si os matricis est coarctatum nos iam narravimus cum eius constrictionem et ex medicatione olle cum herbis. Si autem non egreditur cum omnibus que narravimus tunc caveas ne fatigeris super eam in iteratione attractionis. Verum oportet ut quod egreditur ad os matricis et aliquid ad coram mulieris deinde distilla cum unguento [illegible] farina [illegible]. Ipsum enim putrefiet et post dies dissolvetur et egredietur. Verum tamen quando putrefit elevatur ex eo odor malus ad stomachum et caput et ledit illud infirmam. Oportet igitur ut administret suffumigationes convenientes ad illud. Quedam autem antiquorum iam experti sunt suffumigationem [illegible] ficuum siccarum. Forma instrumenti quo suffumigatur mulier apud ipsum.



Secundum instrumentorum secundine.

[illegible] extremitas [illegible] in vulvam et extremitas [illegible] super ignem et sub [illegible] sit posita super prunas cum donec consumatur illa suffumigatio et iteretur aliam. teneat Capitulum septuagesimum nonum de curatione ani non perforati.

Nascuntur multi pueri et ani eorum sunt non perforati [illegible] oportet obstetrix ut perforet illud [illegible] digito suo. Et si non perforet ipsum cum spatumile acuto et caveat ut latum ne tangat. Deinde pone super ipsum lanam infusam in vino et oleo deinde cura ipsum cum unguentis donec sanetur. Si autem timet quod opilabitur tunc pone in foramine

Si autem remanserit post hoc curationem et non egreditur tunc precipe obstetrici ut submergat.